

7 Consuetudines Sapiens M. S.

7 Viraguell. Cereado.

7 regul. possess. c. elmor muer.

7 Anton Gom. recom. d. flego. Jave.

7 muores.

7 vocab. de alumbam.

7 Medmo.

7 Ling.


7 Ling.

7 Hicophon.

Brub.

Men. of.

45.
22.
66.



PHS. ——— Maria.

Electio de bono & equo, Ad te in c. fm. & fm. de transactio. 148¹⁵

De bono & equo disputatum mihi, nulla ex parte aut comodi aut opportunius
auspicandum fuit quā a nostri iuris definitione, cuius autor est Celsus velle ab
Ulpia. in l. i. ff. de iust. et in hęc verba: nā ut eleganter Celsus definit, ius est
ars boni & equi. cuius definitionis sensus a doctoribus diligenter investigari, adhuc
tamē in obscuro iacet. nemo ferē est qui alteri consentiat, nemo etiā qui alterū
reprehendat; sed unus quisque propria sententia contentus, aliorū iudicia nō implet.
sed eū eorū opinio tam variē sūt, tamque inter se dissidentes: alterū fieri profecto potest
ut eorū nulla, alterū certe nō potest ut plus una verasit. Ego vero quō iuram
disputationi Aeterna praecipuos eorū intellectus (sunt ferē tres aut quatuor) pro capitu
mo & fideliter referam, breviter breviter.

Ac primo quidē Accur. in eadē. l. i. in glo. 4. sic intelligit. / ars boni & equi / id est
ars eius quod est equū utile. Alcia. lib. i. parer. c. 30. dū hęc Accur. verba ex
ponit, tā obscure loquitur ut certe interpret exat interpretare. nec (ut mihi quidē videt)
satis sibi constat, dū dicit Accursiū accepisse (bonū) quādam equitate que ex con
cipiti hinc atque inde inclinantis animi motu p̄veniat. post vero subjicit, bonū, apper
tillare id quod utile est in quacūque civitate quāvis nō semper eū equitate concordet. mo
do ergo, bonū, dicit equitate quōdam, modo utilitate que eū equitate nō concordet.
mens tamen glo. nō est obscura. vult n. ius ē actum equitatis utilitatis cuiusdā.
sed hęc interpretatio glo. in rariis p̄fecto est. nā i. nō explicat quid equitas sit in dīc
iuris p̄vota. deinde dū, bonū, exponit, id est, utile, errat quidē: nā eorū boni
significatio nō est. & definitio Celsi, quā Ulpia. eleganter appellat, esset profecto
ineptissima, nā nō exponeret propria iuris naturā, quod elegans definitio efficere
debet, si quidē ex sententia Accur. ius definit per utilitatem, que utilitas nō miris
propria est omnium artium q̄ iuris. que n. obscuro ars reperiri potest que utilis nō sit.
nō q̄ esset apta definitio.

Marius vero salomonius dū in hęc Celsi definitionē mādīt, sic explicat. ius est ars boni &
equi. id est, est exercitiū boni & equi iuris, est demq̄ ars que ad bonū & equū iuris p̄vota.



Sicuti virtus dicitur ars boni hominis, & iniqui ars nequitia. Expendere obscuro in
interpretationem viro aliquo doctissimo, indigna. hinc dicitur est elegans iuris definitio?
an recte quis medicina sic definiret, est ars eius qui de hominum valetudine sollicitus est? an
mercatura hoc modo, est ars industrii mercatoris? aut architectura, est ars politici fabrici?
profecto qui sic definiret auctoritas non esset ut ipse qui hanc artem naturas non ostende-
ret nec quid esset, sed ad quos potius pertineret: at qui vlti. eleganter Celsus definire
inquit! ius est ars boni & equi. — deinde si Celsus hac sua definitio uellet nihil
aliud (ut inquit Salom.) quod ostendere iuris artem ad bonum & equum uirum pertineret,
profecto ineptissimis uerbis id expressisset hoc modo, ius est ars boni & equi, addidisset
- n. iuris, aut hominis! nam tam concisus & in elegans loquendi modus non facile reperiri
potest apud linguas latinas fortiter, qualis erat Celsus peritissimus! — tandem uel hoc
sit ineluctabile arg^m contra Mar. Salo. quod desumit ex vlti. in ead. l. i. qui dicit
Celsi definitionem probat, subdit: iustitia namque colimus & boni & equi iustitia profitemur.
ubi aperte dicitur non de uero bono fuisse loquutum I. C. sed de equitate & bonitate, qua
re hinc opⁱ non est digna que nos diutius remoretur.

Iam uero restat 3 interpretatio que inter deos magis obtinuit, hinc propter numerum asse-
rentiam, hinc etiam propter eorum dignitatem & auctoritatem. Budaeus namque (ceteris in hoc non
Iuris doctissimis) in p^r suaq; annot. censet, bonum & equum in definitione iuris non
debere separari, sed pro eodem accipi, idemque esse ius boni & equi, quod, ars perfectae
cuiusdam equitatis & epicheie que legi interpretandae adhibetur. atque hanc eius am-
ni bonum & equum pro eadem simpliciter accipiant, id est pro equitate & epicheia, seq^t
Joan. Brot. in ead. l. i. de iust. & iud. Oldendor. tit. de iur. & equit. tit. 1. atque hinc etiam
Alcia. lib. 2. par. c. 11. circa intellectum. l. si seruus. §. sequit. de uerb. & corr. lib.
2. misc. c. 13. & inter Theologos ac philosophos Budaeus seq^t Eustathius & Perizonius
optimi Auis. interpretet lib. 5. Ethic. c. 10. & frat. Domi. a solo vii & iustis & epicheia
in signis lib. 3. de iust. & iud. q^o 1. ar. 3. —

Vellem quidem, si possem, huic interpretationi propter tantorum uirorum gravitatem & auctoritatem
acquiescere: ratio tamen ac ueritas (que & in hoc ipso uires suas ostendit) sic me in
contraria sententia compellit, ut ueritati uires proponendas et non duxerim. nihil
n. mihi persuaderi potuit, I. C. Celsus in sua definitio, bonum & equum pro eodem uisum.



49 16

Nam i quid vides Imperator in l. hac lege. c. de pact. edum. Congru discimus
constituere inter boni & equi diu dicit, boni quide esse mulieri que seipsum
viro dimittit res eiusdem pari arbitrio gubernari, id tamen non esse equum. & quide
diuersa utriusque significatione, diuersitas nominum ostendit. deinde rogo, nihilne
aliud est ius q̄ ars equitatis, nulla est p̄ se exacerbatio, sed leges equitatis moderamine
& benignitate deflexas & temperatas sūt? nemo sane doctus id dicit. sed qui hanc
interpretationem euellat agam pressis & conuicta magis disputandi ratio, qui dissecti
modus mihi familiaris est & ad inuestiganda ueritate accommodatissimus. ac primum
id quod nec ipsi disputantur, nec erit difficile probare (ut i latini patet) de ratio sūt
equitatis esse, non esse scripta, sed esse moderamine quodam in hominis prudentia consti-
tuta, quod scriptis legibus temperandis & interpretandis adhibetur. tunc sic argu-
tus nostrum (ex hoc sententia) nihil est aliud q̄ ars equitatis, q̄ in nro iure nulla sūt
iura nullae q̄ leges scripte. p̄bo consecutione, na de ratio huius artis equitatis est non
esse scripta sed iuris scripti temperamentum & moderamine, q̄ scripte leges quibus deseruit
huc ars equitatis, sūt extra hanc artem atq̄ adeo extra ius quod est ars equitatis: quare
ex his legitime consequitur quod propositum, in nro iure nulla esse iura aut leges scriptas.
profecto huc arguunt anguste nec arctius adstringi potest, atq̄ utinam tam facile
sint vera inueniri quae falsa conuincant.

Sunt & multae aliae ac uarias huius definitionis iuris interpretationes, aliter. n. interpretat
Cona. aliter Corra. aliter Aldaricus Jasio. alio etiam modo Equitatis uas, aliter Ant.
Vacca, aliter Louotus, aliter Ferracius Montanus. diuersa et ratio explicat nouissime
Iohannes Velleus a Gueuara uir doctissimus & in ea parte philosophus qui ad mores spectat
non mediocriter (ut apparet) versatus: sed oēs corp̄ expositiones eiusmodi sūt, ut eas
certe non solum referre uerū etiam meminisse pudeat: ut iam definitio ista, ius est ars boni
& equi, ceu enigma quoddam uideat, de cuius interpretatione, vel oraculo pythiæ sit opus
conspicere aut etiam sphinga.

Cepi hanc de bono & equo disputationem semel, cepisse mihi prouidit. na quid ego in
tanta obscuritate & in tam abscondita iuris prudentia efficacem quibus multos habere
duces? nunc uero quid obsecro mihi agendum erit quando id nulli duce mihi expedire necesse
erit? si quidem pauci admodum sūt qui de bono & equo scripserunt, & si quid scriptum
reperias, nihil tamen est quod non aut reprehensione sit dignum, aut emendatione indigeat.
sed huius equitatis inuestigandae desiderio, nihil non libenter patiar. & quide doles vehementer



atq; uerū doctes, Bartolū, Pau. Alex. Sassi. in sup. etiā, Abb. Ino. de iur. & re
liquos coet. utriq; iuris interpretas esse anotha disputatū relegandos, siquidē huius
materis aut nihil prorsus, aut parū atq; id oscitantē meminuerunt, in qua certe cetera
aliqua Extraneis totius nostri iuris pondus & summa constituta est. sequar tamē duce
ratione, sequar etiā Arit. Plat. atq; ipsos I. C. veluti ante signatos.

Principis quidē ut illud propositū sūmma (uis est aut boni & equi) soluo, nosse oportet
quid aet, quid bonū, quid equū sit, & primo de equitate de qua nosse te agit, dicam.
Equitas namq; in iure nostro longe lateq; dominatur, quā uero est ius ipsū quod utimur:
nā si auferas equitatem, omnium legū usū sustuleris. hinc. n. ex voluntate & consilio le
gislatoris leges ipsas moderat & regit ex d. in l. diu. ff. de test. in mte. l. si seruis ff.
de hered. inst. l. nō tantū ff. de test. quā uero uetus altercatō fuit inter sapientes
quid nā esset de iur. utriusq; legib; salient ac iuris uerū sūa gubernari, an uero ex bono & equo
suis dirimi, nec fuit ab similit illa inter eos, an leges magistratib;, an uero e contra magist
tratus legib; preesse deberent, imo & Plato diuini philosophus diabo. civili uel de regno
optimū (inquit) est, nō leges quidē ualere, sed hominē prudentē regē q;. quā uero in
in Caligulla de iure consultis loquet sepe iactauit se se fecerū nequid respondere possent
prater equū: significans se aboliturū iuris ciuilib; libes. quāquā seis laudatū ē illud
Pausanis dictū, qui interrogat; cur apud Spartan. nulla l. mutare liceret, respondit, qu
oportet leges hominū dominas esse, nō hominē legē. — fuerunt etenim ubiq; legis lato
res huius equitatis obseruatissimi, ut docet hoc locus Nom. Ion. dū deficiente iure expre
sso, ad equitatem & benignitatem iuber con fugere iudicem: & Ulpia. in l. q. si Ephesi. §.
fin. ff. de eo quod est. l. in summa (inquit) ante oculos equitatem habere debet iudex &
in l. at si quis. §. idem labes de religio. generaliter (inquit) puto iudicē iustū nō mēra
negocij; actionē imitari, sed sollicit; equitatem sequi. placet hoc ipse. in l. si negotia
in fin. ff. mand. & in l. ius iurandū. §. datur aut & in l. diduo. §. Marcellus de iur. iur.
& Imperatores in l. placuit. C. de iudi. placuit (inquiunt) in omnib; reb; p. iudicē esse
iusticię & equitatis quā studi iuris rationē, & in l. hac lege C. de pad. conuē. ubi, quoniam
conditoris legē equitatis ducunt ēe fautores. quod ipsū exprimit Justin. nouell. de re iur.
tribu. consti. 163. his uerbis, p.stantissima inter homines bona sūt iusticia & benignitas. & in
aut. de n. eligon. secū. m. ber. circa finē. equitatis (inquit) & iusticię sumus amatores, quā nō
omnib; reb; uolum; obtinere. & in aut. de equali. dotib;. §. de ceteris. iusticia (ait) & equitate
honorē. & in nouell. consti. 17. tertiu (inquit) iusticia tibi sit ut causas cū summa equitate
cognoscas. Lex n. debet erubescere quę contra equitatem aliquid statuit, ut docet Imp. in l. si
quis in suo. §. 1. C. in off. test. & in l. fin. §. de aule. C. de iur. nā equitas reg quēda est quę



nostra opera recta via dirigit, ut autor est D. Hier. homi. i. sup cantic cant. romo. 7.
& animaduerit collega noster Magister Oncala vir summe integritatis variisq; rebus lectis
insignis, canonicus quondam Abulen. in suo utilissimo ac copiosissimo indice que edidit
ad oia D. Hier. opera. v. equitas. —

Sed quonia nihil mihi magis in votis est qua ut hac prestanti. & resp. salutarem
equitate des hodierno die maiori ac nouo quoda amore prosequant, nequis eius igno
ratione teneat, & facile possit agnoscere qua diligit, ostenda prius quibus nominibus
nuncupetur, deinde eius vim ac naturam. — animaduerit ig qui eius desideriu tenet,
(teneri aut des cupio) ex varijs quos habet effectibus varijs et a. l. c. nominibus desig
nari. na i quide equitate dici, ex iuris que r. pullion & ex multis alijs satis
constat. — dicit etia humanitas, in. l. Pantonis de acq. hered. ibi, humanitatis gra.
Am. l. si ita scriptu in pr. ff. de lib. & post. ibi, humanitate suggerere. in. l. 1. si qui
operas, ibi, sed humana interpretatid ff. ad. s. c. testu. in. l. 2. si de ille ff. de cond.
& dem. ibi, sed humanis inter pretari solemus. in. l. furti & pacti de his qui nst. in. f.
ibi, in humanu est. in. l. Thais. si libertate in fin. ibi humaniore interpretatid ff. de
fiducijs. libert. in. l. si de lator. s. i. ibi, humanitatis intuitu. Am. l. miser est s. i. ibi, hu
manus est. ff. de solu. Am. l. barbarus. ibi, humanus est ff. off. post. Am. l. si quis ita
s. i. ff. de manu test. ibi, humanitatis intuitu. — interdum appellat benignitas in
l. sibi ff. de dona. ibi, benignus est. Am. l. per fundu ff. de seruit. rust. ibi, benignus
tamē dicit. Am. l. sibi ff. si cert. pet. ibi, benignitas tamē est. — aliqui dicit, benigni
na interpretacio. ut in. l. pen. de cond. & dem. Am. l. 2. de lib. & post. l. ex hac scrip
tura ff. de dona. l. proxime ff. his qui nst. de len. l. qui duos s. i. de manu testam.
l. benignus ff. de li. — sepe etia vocat benigna opinio, l. is qui suu s. siue autē
ff. de manumiss. — ite & benigni credere, in. l. in bello. s. si statuliber ff. de captiuis.
nonnunquam remissio nuncupatur ut in. l. fin. post ff. Am. fin. C. de testam. — appe
llat etia fauor, in. l. si hereditas in pr. ff. de statulib. — mansuetudo et dicit in. c.
fin. de pen. Am. clem. de iudi. — pietas & misericordia vocat a Justin. in no
uell. condit. 163. — & molities etia, in. l. fin. C. de com. pen. — apud grecos etia
ei kha. de quo paulo post. — dispensatione etia etia vocat specul. ff. de dispensa.
s. i. in pr. Alber. in. l. prospexit ff. qui & quib. — sed maiori quoda nomine designa
tur a Pagin. in. l. quesiti ff. de testib. ubi ea religione appellat, ibi, religione iudicantis.
postremo ta celebre & illustre est equitatis nome, ut Xpus seruator noster, equitatis nome
designet, ut autor est D. Grego. lib. 16. moral. c. 15. du interpretatur locu illu apud Job.

Am. l. maiore
ff. de part. ibi,
humanior s.



0
C. 23. nullo multa fortitudine cōtendat meū sed proponat equitate contume, & perne
mit ad victoriū iudiciū meū. quis n. inquit? B. greg. I nisi mediator dei & hominū
homo & p̄s̄us Jesus equitatis nomine designatur? ac n. dicitur Job, ad redarguendū me, in
carnali filiū mittat, & sic diaboli adversariū per absolutiōnis mee iudiciū, victor excluda.
huc D. greg. - Et quibz apparet quā varijs nominibz equitas cognoscitur, quā
& eius effectū ostendunt, & dignitatem asserunt.

Sed ne illud in nos rehaqueri possit quod de virtute dicebat Cicero. 2. parad. necis in sano
necis quantas vires equitas habeat, nō tēntatū equitatis usurpat, quid aut. ipse valeat
ignoras. sperperitū erit, posteaqz ostendit quā max. a B. C. Imperat. cōmendet,
postqz etiā quōs vocibz in iure notetur expressimz, eius etiā vim ac naturā investigare,
in quo maior nēst utilitas ac maior difficultas, atqz adeo aliquābulū hinc in reu. immo ad.

Et quidē totius huius investigationis origo petenda est ab Arist. lib. 5. ethic. c. 10. & quomā
cū eius interpretibz apud mesophr̄ vestros iudicibz tribunal, senecis. patet, nihil
lis cōtēstāda erit: subijciā fideliter eius verba. sic n. inquit sum̄ illi. utiqz philo.
sophus pariter & reze naturae diligentissimz indagator.

Ἐστὶ δὲ τὸ αὐτοῦ ἀπορίαν ὅτι τὸ ἐπιεικὲς δίκαιον μὲν ἐστίν, οὐ τὸ κατὰ τὸν
νόμον δὲ, ἀλλ' ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου. subdit paulo post. ὅταν οὖν
λέγη μὲν ὁ νόμος καθόλου, συμβῆ δὲ ἐπὶ τούτοις παρὰ τὸ καθόλου, τότε ὀρθῶς
ἔχει ἢ παρὰ τὸν νόμον, καὶ ἡμᾶς τὴν ἀπορίαν ἀπολῶν, ἐπανορθῶν τὸ ἔλαττον
θῆν. ὁ γὰρ ὁ νομοθέτης οὗτος ἂν εἴποι ἔτι καὶ παρῶν, καὶ εἴ ἤδη ἐνομοθέτησεν ἂν.
Sic δὲ δίκαιον μὲν ἐστίν, καὶ βέλτιον τινὸς δικαίου, οὐ τοῦ ἀπολῶν δὲ, ἀλλὰ τοῦ
διὰ τὸ ἀπολῶν ἀμαρτήματος. καὶ ἐστίν αὕτη ἡ φύσις ἢ τοῦ ἐπιεικοῦς, ἐπανόρθωμα
νόμου ἢ ἔλαττον διὰ τὸ καθόλου. habentis Aristoteles. quibz verbis aptissime
expressit quid equitas sit, quae qz eius indicandae necessitates & causa ostendit, ac postremo
quā aserat utilitatē. - vertit. n. Arist. in dubiū utri equitas ius sit, & quae sitne dispu
tat utriusqz, atqz ea hōc loco absoluit. inquit ἔγῳ, bonū quidē equitas quidē ius quoddā est
nō tamē legitimū id est lege cōprehensū, sed legitimū iuris emendatū: nā cū lex lata sit in
vniuersū aliquid accidit prae generalē legis prescriptionē, tūc recte quidē fit, ut quod
legislator praeemissit (sicut ita dicā) praecauit, propter vniuersalē eius cōprehensionē,
emendetur ac corrigatur, id quod legislator (si adesset) etiā lege id lata fecisset, quare
ius quidē est, & quoddā iure praestantior, nō quidē eo quod gērale ius est, sed eo quod praestet



generalem adprehensionem aberravit. atque in hoc equitatis vis ac natura consistit, ut ubi legem corrigat in eo quod defecit quod generaliter lata sit. atque sic Aristoteles.

Ac id quod ex hac philosophi doctrina colligamus equitatis definitionem. est. n. equitas iuris scripti emendatio, quod lib. 1. Ethic. idem autem huius verba expressit. Το δὲ δικαιοσύνη ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ νόμου ὑπερβαίνειν νόμον δικαιοσύνη. id est, est ius non scriptum in his qui sunt scripti legum premissa. vis igitur spectat equitatem in corrigenda ac supplenda legum scriptura ex voluntate legislatoris, consistit. - nec solum legum, sed etiam ultimarum voluntatum, hanc equitas moderat et supplet, ex I. C. in l. qui filii. §. fin. ad trib. et in l. in iura. §. uxo re de annu. lega. et in l. in his de cond. et dem. - habet etiam maximam vim in contractibus, non solum in his qui bonae fidei dicuntur, in quibus id notum est quod ut placet in dicitur, siquidem absque quo eorum peculiaris est, bonae fidei denotum nantur, ut multis dicitur. Præter Illustrissimus vir omnibus literarum laudibus abundans Com. in res. gestas de regu. iur. in. 6. 2. §. 8. b. n. 4. Dicitur de in lit. fur. ex n. 12. vult etiam, quodam pluri est in contractibus et actibus iuris non minima exercet potestatem equitas. ut est in actibus testamentis, ut s. dixi, et in actibus honoraria, ex l. in l. a si quis. §. nec acti. ff. de religio. et in actibus iniuriarum, ex l. non solum §. iniuriarum ff. de iniur. et in actibus indebiti. I. hinc conductus ff. cond. ma. et in actibus de sepulchris violatis. I. quibus ff. de sepul. vio. et in actibus in factis de doli et de furtis. I. si uxor. §. hinc aut ff. de his qui deie. vel eger. et in actibus in factis aduersus iudicem qui per imperitiam iudicavit. I. fin. ff. de extraor. cogni. atque idem est in alijs similibus iuris actibus. nulla enim tam angusta et stricta est actus in qua non debeat aliquid ex bono et equo discerni, ut dicitur Dicitur s. n. 55. §. 56. atque hinc modo interpretanda est antiqui iuris reg. in l. in omnibus quidem ff. de regu. iur. dicit autem Iam I. C. in omnibus quidem mandata in ius equitas spectanda est. imo et verba quatenus perassa, admittunt interpretationem ex bono et equo, ut tradit Iam in l. quibus ff. de in iur. voca.

Causa autem rationis equitatis inducendae ea fuit quod leges scilicet, non debent de uno quolibet casu partem ad distinkte precipere, sed debent generaliter fieri, cuius rei rationes duas constituit. 1. Quod dicitur in §. 96. art. 1. prima, quod leges non pro privato aliquo comodo feruntur, sed pro bono ac communi utilitate, ut docet Isidorus in c. cuius autem 4. dicitur talis quod debet condici quod leges communi bono expediant, hoc autem bonum ex multis constat, tam personarum quam rerum varietatibus quod leges communi et generaliter debet esse. 2. cuius ratio est quod ex s. Augustinus lib. 1. de civi. dei, leges non pro modico aliquo tempore constituuntur, sed ut multo tempore perire noverint, unde et apud gentes non habebat legem aliquid mutare, et apud nos etiam ex frequenti legum summutatis grauitur creditur Nestoribus. quare si leges ad singulares casus


8



Respicere, illis commutatis (quod passim fit) oportet subinde & leges passim commu-
tari & invari non esse. Neque detrimenda. — Ex quibus rationibus non in multis (ut multi
quidem videntur) domi. ap. sto. lib. 1. de iust. dicitur quod d. ar. 1. non probat leges de ambitu huius
Academiae quae saepe sigillatim de multis rebus minutis quidem precipiunt, ut sit difficile iudicium
impossibile. Infragantur scholasticos in aliquas eorum in iungere. — debet quod lex in
de ferri, neque in debet precipere: si hic aut ille occiderit, aut si ex hac vel illa causa,
sed generaliter: quicumque occiderit, capite plectatur. — atque hoc ipsum est quod aperte nostri
I. C. docet. Pompos. s. l. in l. iura. ff. de l. iura (inquit) constitui oportet (ut dicit Theo-
phrastus) in his quae sunt in natura, accidunt, non in his quae sunt in arte & ratione.
Celsus in l. ex his eod. ff. ex his (ait) quae fortuito aliquo casu acciderint, iura
non constituuntur. subdit idem Celsus in l. seq. non ad ea potius debet adaptari quae
frequenter & facile quae ad ea quae raro eveniunt. Pau. et non multo post in eod. ff. in
quit. To yap' arsa' h' dii (ut ait Theophrastus) sapienter βαρνοειν οὐ νομοθετοει
Sed ipse ibidem ait. iura non in singulas personas sed generaliter constituuntur, de quo et Alci-
lib. 2. diffinit. c. 3.


Quamvis autem lex generaliter in universum feratur non tamen potest esse casus particularis qui
accidunt comprehendere, imo ex eo quod generaliter loquitur, multa in particulari gra-
termitur, de omnibus enim quae materiam solent qualitate figuris recte ordinari in se
superat omnem hominum prudentiam. quod quidem efficit in mensuris quaedam rerum & actuum
humanarum varietas ex I. C. in l. natura. ff. de pres. verb. quod et expressit Iustinus.
in nouelle. de his qui in grege. ad appell. his verbis, flaxa sane illa res humanae
conditio quae nullis unquam potest esse in se vestigiis, et cum semper existat, non
tamen semper permanet, tunc legislatibus quomodo in ferendis legibus perturbantur
in potest, tunc quod semper recte habitum iudicatum est, quod quod firmiter in collocatum
videtur & exquisita observatione mirum, de quo numero emergentium deus causas

neque leges varietas permittit. hae Justinus. quod et antea scripserat Iulius. I. C. in l. neque leges ff. de l.
neque leges (inquit) neque senatus consulta ita scribi possunt ut omnes casus qui quandoque in de-
vint comprehendantur, sed sufficiat ea quae plerumque accidunt contineri: quod ipse quoque repetit
in l. non potest. ff. eod. non possunt (ait) omnes articuli sigillatim aut legibus aut senatus
consultis comprehendendi. — sed hoc ipsum multo antea diuino expresserat Plato. in e. dial.
qui civilis vel de regno inculcat, ubi hospes Socrates sic alloquitur, qui de rebus quibusdam
dubitabat. lex (inquit) nequit quod optimum omnibus est & iustissimum sincere exponere
venda semper ita ut operum est precipere, quando quidem hominum actuumque
dissimilitudo, instabilis quae res humanae conditio facit, ut ars nulla simplex quicquam
& in universum de omnibus per quae omne finis valens constituere possit. & paulo infra



Legum (inquit) quoque conditorum prout sui iugibus presidentes, de quibus iustis operibus
 mutuis ne commercij iura dantem, ne posse omni cunctis in unum contulit accurate ad
 singulorum comoditate ius ne prospicere. haec Plato. Ex quibus non obscure a
 prope, leges que in cor feruere debent, non posse omni casus complecti. quoniam legis
 labori ipsi, ne nimis esse videantur, consulto pretermittunt multa, ut auctor est Arist.
 lib. 1. Rhet. ut aliquando equitati sit locus, nam eodem ferunt leges ut in charta
 potius quod perfecti videantur.

Quamobrem (ut eo tandem reuertamur, unde digressi sumus) rectissime Arist. inquit equita-
 te esse *ἰσότητος ἀρχὴ τῶν νόμων δικαιοσύνη*, id est legitimi iuris emendationem.
 nulla etenim lex tam aperte ac distincte loqui potest aut tanta certitudine constitui, quam sepe
 sit ex equo & bono interpretanda: nam inveniuntur passim varij casus, ac tot circumstantiis
 diversi, ut scripturae legis non adueniant, & tamen per ea decidendi sunt, equitate id suggerente.
 Lex siquidem praeter universale nihil perpendit, de futuris negotijs regit constituit, non
 tamen ea singulis facti speciebus adaptat: quae res non potest diuinare non potest. raro igitur
 tam variis res possunt simpliciter legis regulae ita congruere, ut extorsit ei adueniat docente id
 I. C. in l. promittendo. ff. de iur. dot. in l. si uerba operet. §. aliud. ff. ex cu. tut. modo. n.
 legis uerba non quadrat, nonnunquam repugnare uidentur, interdum deficiunt. tunc quod maxime
 elucet equitatis usus. Iudex igitur qui decernere cognoscit, hoc sane modo equitate utetur,
 rei iam nate circumstantias diligenter perpendat, & qualis sit quae causa contingit, ac pro-
 uentor adhibeat legem & regulam quae speciei propositis maxime adueniat (nam omni ex parte
 uerba legis respondere, difficile est.) tunc uero si quae uerba legis non adueniant,
 paulisper discedat a scriptura legis, dum eius mentem seruet: si uero deficiat, ex mente
 & sententia suppleat: siquid ambiguum est, ex mente uel interpretet, duce in his
 omnibus equitate. quod ipsum est praecipuum I. C. Pedij, sic (ut arbitror) accipiendum, quod
 refert Ulp. in l. non ut Pedij. ff. de legib. nam ut Pedij (inquit Ulp.) ait quod si lege
 unum uel alterum inuoductum est, bona occasio est & cetera quae tendunt ad eandem utilitatem
 uel interpretandi uel certe juris dictum suppleri. Nec uero uellem quae quae exis
 timare, hoc esse contra legem agere, tantum enim abest ut contra legem dici debeat, ut maxime
 sit legi consentaneum, quoniam uero si legislator adesset, uel lex ipsa loqui posset, id ipsum praeci-
 puerit, ut hoc citato auctor est Arist. & docet Celsus in l. si uerba. ff. de legib. scire (inquit)
 leges, non est uerba earum tenere, sed uim ac potestatem. Equitas namque nihil aliud facit a
 uoluntate & consilio legislatoris, & si aliquantulum a uerbis recedat. semper uero uoluntati
 legis conformissima est, sed quae eam quod quae tendat: neque longius progreditur quae ut scriptis
 uerbis utatur ad sententiam a mente scriptoris, cuius uoluntatem & consilium obseruat.



Nec uero
 uellem

autem eodem Celsus in l. benigni. ff. de iur. benigni (ait) leges interpretandae sunt quo ex quo melius conuenit
 & docet Cicero in oratione pro Caelina. scriptum (inquit) sequi, calumniosum est: boni autem iudicis uoluntate scriptum
 defendere.



Sciebat in legis lata cum lege conderet multa illi desse, quippe non ignorabat inter
est res mutationes futuras esse casus species quibus sua lex non omni ex parte respon
deret: interim vero relinquebat eos equitati cum incidere definerent.


Quis res agerit & illustri reddatur, non gravabor unum aut alterum exemplum subijcere. Lex
exempli gratia sit, ut peregrini quicumque muros civitatis ascenderit, capite plectatur: Lex quidem
optima est, non periculo suum est praesertim belli tempore, si muros ascendit aduersus & ahingens
pauat. forte fit, ut imminenti hostibus peregrini quidam muros conscendant, & fortior ac
animose pugnando, hostes inde pellat & civitati laboranti praesenti salutem afferat. in iudi
cui defector, reus capitis agitur, rogo, cui re morte dignus? si verba legis edulas, haud
vulne morte cui multandum, si quidem indistincte praecipit, peregrinum muros conscendentem
interfici debere. — sed praesto adest saluberrima equitas, qui huius scripturae vitium &
peccatum (ut inquit Ait. verbo utar) emendat, & peregrino Deip. defensori manum praecipit
salutarem: negatque morti esse addicendum eum qui sibi gloria & laborati Deip. salutem peperit.
recedit quidem aliquantulum a verbis legis ut eius mentem seruet illa, non id ipsum si ade
est legis lata praecipit. — sit aliud exemplum. Lex depositi est, debere restitui
deponenti. est quidem iustissima, imo est lex naturae. deposuit quis gladium apud amicum,
repperit postea ut sibi manus afferat & modum conciscat. quare, depositarius reddet?
verba quidem legis id dicunt, quae in universum praecipiunt reddi depositum. sed ut eleganter
inquit Cicero in oratione pro Cecinna, scriptum sequi calumniatoris est, boni autem iudicis,
voluntate scripturae auctoritateque defendere. quare adsit ἑσπεροφθωρα Του νομίου
δικαίου. ad sit in qua equitas huius scripturae legis emendatior, qui ex ipso iure &
legis latae sententia non sinit gladium ei restitui, qui illum ad sua intercessionem reposuit. &
exclamabit cum Modestinus in l. nulla. ff. de legibus, nulla iuris ratio aut equitati benignitas
patitur, ut qui salubriter pro hominum utilitate introducunt, ea non duriora interpretatione
contra ipsorum commodum producantur ad severitatem. quae l. permissa ac praepostera Accur.
& alij restringunt ad ea tantum quae quosdam favore constitunt, cum tamen de omni scripto iud
loquatur quod cum sit ad hominum utilitatem comparatum, non debet ad eorum commodum educti.
quod si id legis verba non patiunt, equitas quo eius iure secuet sua interpretationis suggerit
ex J. C. Celso in l. benignitas. ff. de legibus. dicit aut, benignitas leges interpretandas sunt, quo earum
mens conservetur. — atque hoc quidem legi naturali maxime congruit, quae totius humani iuris
fons & origo est auctore D. Tho. 12. q. 95. ar. 2. & docet B. August. lib. 1. de lib. arb. post
lib. 1. de civit. diu. q. 5. ar. 2. & Cicero. lib. 2. de iur. & lib. 3. off. & lib. 2. de legibus



Cui naturali legi equitas & iunctissima est, immo eadem idem sunt, licet ratione distinguantur.
 nam ut scribit Cicero in Topi. equitas est quod naturali ratio persuasit, si quidem eius munus
 est, verba legum civiliu ad naturam legem accommodare. quod non praetermissit Pau. J. C. in
 l. in pluribus ff. de iust. diu. dicit, ubi ait, in pluribus modis dicitur, uno modo cum id quod est
 bonum & equum est, in dicitur, ut est ius naturale. idem probat Iompo. in l. nam haec natura
 equum est. ff. de cond. in. Pau. etiam in l. 1. ff. de iust. ibi, lege naturali. quae verba pro
 equitate accipit Aug. Pinel. in l. 2. C. res. vend. in rub. 1. ff. n. 21. probat et vlpia.
 in l. 1. ff. de pact. ibi, huius edicti equitas naturalis est, idem vlpia. in l. 1. ff. de iur. ibi, haec
 edicti praeter naturalem equitatem secutus progressus: ipse et vlpia. in l. 1. ff. lega. post. hinc
 finit (ait) equitatem habet naturalem, iterum idem vlpia. in l. 1. ff. de iur. ff. si quis testa.
 liber esse. hinc actio in factum (inquit) ut liberos scripsit naturalem praeter naturalem in se habet
 equitatem. tandem idem vlpia. docet in l. 1. ff. quod quisque iur. hinc edictum (ait) summa habet
 equitatem, ubi apte vros. interpretat, summa, id est naturalem. quo etiam praeter
 accipiendum est in l. bona fides ff. de pos. ubi inquit, bona fides quae in contractibus summa
 equitatem desiderat. probat et Modestum. in l. scire. ff. de iur. ff. de exar. tu. ibi, ex
 ipsa naturali iustitia, Justin. in l. 8. Thesaurus mist. de iur. diuiss. Thesaurus (ait) quos quis
 in loco suo inuenit, D. Adrianus naturalem equitatem sequitur ei concessit qui eos inuenit,
 & iterum ipse Justin. in l. 8. praeter traditionem mist. eod. ff. atque hinc ipse in multis alijs iuris locis
 apparet, quibus constat quod non fide sed vere equitas natura ipsa dicitur sequatur.

I Ex quibus iam licet inferre aliquot asserta sicut dignissima. 1. quidem in fort, talate patere
 equitatem quae scriptas leges, quarum usus sine ea nullus est, cum lex nulla tam apte ad iustitiam
 scribi possit, quin debeat multa equitate aut temperari aut suppleri: quare haec ratio
 lex & equitas relata dicuntur & in predicamento relationis constitui debent. quae admodum
 in pater quidquid est, ad filium dicitur (sicut in ca. cathegoria autem est Aug.) & filius ad patrem
 refertur, ita ut pater sine filio aut e converso sine patre filius esse non possit: ad eundem fere
 modum equitas nulla est quae non sit alicuius legis equitas, neque ulla lex est quae non ad
 equitatem & temperamentum referatur.

2 hoc loco de regitur eorum error doctorum omnium assertentium, equitatem quaedam esse scriptam, alteram
 vero sine scriptis. quod affirmat bar. bal. Pau. & Alex. in l. 1. de iust. diu. atque in libi
 fortu garat & reliqui fere des. repetentes. idem bar. bal. Pau. Alex. in l. salij. ff. de iur.
 in l. placuit. C. de iud. idem bar. & salij. & ceteri in l. 1. C. de legibus. Decid. in l. in omnibus
 quidem. ff. de regu. iur. - Ino. Abb. Ant. & Mo. in c. fin. de testat. idem Ino. in c. 1. de consp.



felix. in c. 2. de repudi. Domini. in c. disciplina 45. di. Archid. in c. in primis 2. q. 1.
Oleonor. in d. de equi. no. 7. Mathes. quibald. in d. de ratione studendi. & plures
alij quos recensere longum esset & simile. — sed huc eorum s^a tam est a vero aliena
q^z vulgo recepta: nam si equitatem proprie consideres, repugnat eius nature scripta esse,
si quidem est nihil aliud q^z emendatio scripti iuris per prudentia adhibita, & tunc equitatis no
me & vim retinet quando scripto iuri moderando adhibetur.
Ex quo illud consequens fit ut si huc eade equitas scribatur, nome equitatis amittat, ac lex esse
& dici debeat. quavis enim eade ipsa maneat que antea fuerat nec minus equa aut iusta,
imo reuera eadem ipsa equitas in effectu: eius tamen vim & potestate no retinet, sed ex equi
tate & legis scripte temperamento, quod antea erat, lex id scripta efficit, que alia equitate
& temperamento ad sui interpretatione sicuti & alie omnes scripte leges indiget. — Exempla
est in iure pretoris quod antea erat nihil aliud qua quoda equitas & benigna legu. in tabul.
interpretatis: que tamen postq^z in scriptis redacta est, equitatis nome amissit, ac ius pre
iuri inuicupatur: ipsu q^z quod antea erat legis laxamentu & correctio, nunc equa & benigna
indiget interpretatione, que omnia prudenter animaduertit Cona. lib. 1. com. c. 11. & Duar.
lib. 2. annua. disput. c. 13. & rursus ad l. 1. ff. de iust. diu. atq^z id ipse collig^z ex Aul.
d. c. 1. docet et D. Tho. 22. q. 120. ar. 1. post. lib. 1. de iust. diu. q. 6. ar. 6. Budus,
Vlvaric. Basii, Gros, Corass. in l. 1. v. boni & equi. de iust. diu. ferand. lib. 2. declar.
c. 2. quod etia in sinuauit Imperatores in l. 1. c. de legib. & B. C. in l. 2. s. ite vazy de aqua
pluu. ar. 1. quatenus distinguunt ius ab equitate, ius appellantes omne illud quod scriptu est
ad discretia equitatis que no est scripta, quod et probat in l. de accessionib. in pr. ff. de iur.

et p^o lib. prescrip.
Sed huc doctoz error hanc dieu emanauit ex Descripto Constantini Imp. in l. placuit
C. de iud. in quo vulgaris lectio sic se habet. / Placuit in omnib. reb. precipua esse iusticia
l. placuit equitatis q^z scripte q^z iusti iuris ratione. / ubi aperta fit scripte equitatis mentio. —
C. de iud. Cona. quide. d. c. 11. ea dicit scripta equitate appellare ubi Imperatores que scriptis legib.
interpretandis adhibetur, qua etia civilem appellat, ut ea separet ab alia equitate que iuri
geniu moderando subseruit, qua nalem dicit. — sed no proprie (ut mihi quide videtur)
ex eo tantu scripta debet appellari equitas, quia scriptu interpretetur. quare arbitror
ta insigni vitio quale fuit eius qui in d. l. placuit, verbu / scripte / supposuit, nullam iusta
solutione posse succurri: na illud verbu neq^z ibi esse debet, neq^z emendationes codices
habent, ut animaduertit Cona. & Duar. in locis s. uelatis, & Durandus ad Duaren
pandectas in ead. l. & sm hanc veru lectione illu tr. citant absq^z illa dicit scripte
August. lib. 4. emend. c. 3. fortu. in l. 1. n. 49. ff. de iust. diu. sibi Marij salom.
n. 27. & tirag. de rehad. lignag. s. 35. glo. 2. n. 4.

Atq^z hac opioe utpote uisissima reuera in gens hac parte se se exerebat difficultatis monst^u



Ex rescripto Imp. in l. i. C. de legib. quod tamē in feriis cōmodiori loco erit superaddū, ne interim alia omittam que p̄sentiu, vitiū mihi vitendū esset. & quidē doles p̄cedū in maiori & grauior ac periacerbe fieri, temporis angustijs ita p̄sumi, ut multa sint mihi inuito p̄terueniēda καλὸς μὲν καὶ δίσκολα. pulchra in qua ac difficilia. sed temporis deservio ac cedo.


3 etia ex his in foro equitate nō esse extra ius, imo proprie est ius. atqz huc predicatio, equitas est ius, (ut in dialecticis dialecticorū verbis utar,) quiditativus est & substantialis in qua genus de sua specie dicit, ac pars definitionis de definito; nō abstrahit huius, homo est animal. quod patet aperte ex Arist. 2. lib. 5. τῶν ἠθικῶν νικουμένων. ubi ait. τὸ ἐπιεικὲς δίκαιον μὲν ἐστίν. id est, equitas ius quidē est. patet etia ex ipsa equitatis definitione quā ἱ. retulim⁹ ex eod. Arist. lib. 1. Rhet. dū ait. τὸ ἐπιεικὲς ἐστίν τὸ πᾶσα τῶν γεγραμμένων νόμον δίκαιον. est (inquit) ius in his que sūt scripto legi p̄termissa. nō n. equitas pars est integralis iuris tamē ex his partib⁹ que totum cōponūt, nā sic nō diceretur ius de equitate, sicuti nō apte dicit, corpus est homo: aut, anima est homo: sed est pars subiectiva, quales sūt species respectu sui generis de quib⁹ quiditativus & essentialiter predicat, sicuti animal de homine, leone, & equo ac de reliquis suis speciebus: ad eundē ferme modū

hūc equitas dicitur q̄ equitas sit ius. quoniam ex Arist. 2. lib. 5. et hī. est quoddā iure p̄stantior, id est, et clementia iure scripto, nā eius vitiū opponit & recte dirigit.

4 Tandē & ult⁹ colligo equitatē neqz esse clementiā neqz clementiā finitima, nā eius ius tota posita est in dirigenda lege cū aperte deficit, & in obsequia ex parte mente & sententia legislativis p̄ter legis verba, quod & ex his que ἱ. dicim⁹ non est difficile intelligi, & collig⁹ ex Arist. 2. lib. 5. et hī. et ex D. Tho. 22. q̄ 120. ar. 1. & hī docet Caic. & animose tuctur Corn. lib. 1. cōm. c. 11. cui⁹ certe ingenio max⁹ certe rector.

Sed ego hac in parte nō video cur quid ipse sentia nō audeā dicere vobis, nec verū ne mihi tamē paradoxā tradenti huc disputatis aliquid parcat invidiē. nolō n. plus fidei mihi adhiberi q̄ quod p̄obando ac disputando consequi potuerō. quare adesse obsecro a nimis & que modo dicit memoris tradite, quoniam hinc id tandē ināpriet dicitur adde dēstinas illis p̄positi ymigmati⁹ tenebras, ius est ars boni & equi.

Igo n. si Aristotelis, D. Thom. ac clementiā dactinā regem, amēs sim & stultus. neqz. n. in fiduciā possū quin equitas a p̄ter philosophos & stultis accepta, & dicatur & sit virtus illa, que legis defectū in eo q̄ universalis est, recta via dirigit, cū ad obliqua lex deducit & manifeste deficit, atqz adeo Arist. ea dicit legis directionē. dirigit ergo lex ex mente legislativis quando manifestū est vitiū & peccatū p̄pter universalitē eius cōprehensionē, neqz. n. hoc nego. sed asserto equitate huc modo solū acceptā nō multū utilitatis afferre dēst.



121
na eius usus non esset leges moderari & earum rigorem temperare, sed solum leges obser-
tas observare. ostendo illud: cum quis (ut in eodem simili versumur) furore percussus
gladium quod apud alium depositum reperit quo seipsum interficiat, verba legis expressa imbeci-
tati; mens tamen non minus expressa legis latius que proprior lex est, id negat. est igitur
equitatis munus hanc legis latius expressam mentem id est expressam legem observare: atque
adeo ex hac eorum acceptione non est equitatis leges temperare, sed earum vitia neque alia que
expressa corrigere & legis latius expressam mentem (que nihil aliud est quam expressa lex)
servare. atque hinc quidem ita se habent, neque ego repugno. — a firmo tamen cons-
tantior equitatis nomine in iure lato multo potiore, atque hanc quam ipsi dicunt &
plures alias afferunt utilitates, neque hinc tantum sed multis alijs modis legibus descendere. —
ait etiam in iure proprio equitatis natura & potiore eius virtute, non esse quam ipsi
dicunt, sed est melior quidam interpretatio, & moderatio legibus per prudentiam adhibita
perpendens diligenter circumstantijs facti de quo queritur. nam cum (uti superius diximus) leges
ferantur in universum de humanis actibus qui singulares sunt; tam varij modum & tot
causarum ac circumstantiarum diversitate dissimiles, ut per eandem legem diverso modo duce
equitate sint dividendi. non igitur solum id munus habet equitas ut sibi dirigat legem
cum plane deficit (quod raro accidit, ut fateri Caic. loco citato ar. 2.) sed & moderari leges
pro specierum & factuum circumstantijs, quod passim & copiosissime est necessarium.

De sum.
ad.

Quod ut manifestius pateat, animadverto id quod certe quidem inficiari, & velle maxime in
promptu esse ad ea que non multo postea dicemus: in legibus scilicet aut esse, aut considerari
posse medium, ac duo extrema, que admodum in ipsa iustitia constituit Arist. lib. 5.
ethic. & in reliquis virtutibus in superioribus libris. — medium in lege appello rectitudinem
eius: quando scilicet facti de quo queritur sic plane & aperte cum ea convenit secundum
verba & mentem ut per media lege debeat discerni. hoc medium id est hanc legis rectitu-
dinem philosophi ac Theologi appellat iustitiam legale autem Caic. loco citato, quod
ex Arist. desumptum est 5. ethic. ubi dicitur quod neque hesperus neque huiusmodi maiore sui ex-
citatur admiratione quam hanc legale iustitia. — Extrema huiusmodi sic constituitur. al-
terum est quando hanc legis rectitudinem in qua medium consistit deflectimus ad durissemam interpre-
tationem, quod extremum appello rigorem legis. alterum est quod hanc legis rectitudinem
& legale iustitiam deflectit ad humanitatem & benignitatem quandam, atque hoc extremum equi-
tatis nomine. fieri non potest quin aliquid vitij insit in quolibet ex his duobus extremis
& virtus in medio sit, id est in legali iustitia: si autem fortitudo virtus quaedam est ac medium inter
duo extrema, timiditatem & audaciam docente Arist. 3. ethic. — & quidem cum facti quod accidit



aperte congruit cū lege (quod raro accidit) per eius mediū id est per legale iusticiā
 erit definiendū, & tūc temporis vitium erit deflectere sine ad extremū rigoris sine ad
 extremū equitatis. sed quoniam (uti dixi) casus sic incidunt diversi, ut fere nūq̄
 lex eis omni ex parte respondeat, sed sit opus aliqua interpretatione: tunc ad id extremū
 erit a legis rectitudine deflectendū quod in equitate est positū, atq̄ ante oculos erit
 proponendū ex omniū legū preceptis quas I dixim⁹ max̄ commendare equitate.

Quo vni⁹ verbo aptissime explicatur notior ex. nō satis ad doctis intellectus, dū inquit
 Pont. in his aut̄ super quib⁹ ius nō invenitur expressū, procedas equitate servata,
 semper in humaniorē partem declinando, secundū q̄ personas, & causas, loca & tēp̄a
 esse videtis. Et certe hoc equitatis extremū, proxime accedit ad mediū id est ad legale
 iusticiā sementē legislatoris, que semper est ad absoluendū prior q̄ ad cōdēnandū:
 ex J. C. in l. Arrian⁹ ff. de actio. & oblig. & in reg. favorabiliores s̄m reg. cū sūt partiu⁹
 deregū. in l. 6. s̄m. c. inter dilectos de fid. instr. s̄m. c. ex licet de proba. s̄m. l.
 absentē. ff. de pen. atq̄ hoc ipsū voluit Ulp. in l. semper in obscuris. & Dom. pontif.
 in reg. in obscuris deregū. in l. 6. Et eodē modo accipiendus est Cais in l. semper in
 dubijs. ff. eod. ff. dū ait semper in dubijs benigniora preferenda sūt. ^{Celsus} Ulp. in l. benigni⁹
 in q̄ de legib. benigni⁹ (inquit) leges interpretande sūt, quo cas⁹ voluntas observetur.
 atq̄ hoc ipsū insinuat J. C. in l. cū quidā de lib. & posth. s̄m. l. si fuerit de lega. 3. &
 in l. cū in testam. deregū. dub. s̄m. l. Iulian⁹ ff. de manum. s̄m. l. inter paros de
 respo. s̄m. l. p̄tes ff. de pen. s̄m. l. interpretand⁹ ff. eod. ff. ubi inquit Hermogen.
 interpretatione legū p̄ne molindē sūt potius q̄ exasperandē. id ipsū etiā probat
 in l. hodie s̄m. l. respiciendū ff. eod. s̄m. l. ḡnāliter ff. de decur. s̄m. l. in quorū
 ff. de pignor. Et idē probant innumera alia. J. C. responso & Pontificū decordo que
 passim circūferuntur, nec apte ad doctis explicantur, quātam ex hac doctrina veram
 lucē accipient.

Ex cogitatione meā ipse ad hanc rem exemplū nō abstrahit illud quidē. Liberalitas mediū
 est inter avariciā & prodigalitātē autē Arist. lib. 4. ethi. in medio virtus est, in utroq̄
 extremū vitium: sed in prodigalitate min⁹ vitij: nā ut loco citato docet Arist. prodigalitas
 melior multo est q̄ avariciā, nā prodigus prodest omnib⁹, avarus nec sibi quidē. itē pro
 digus nō multū (inquit) a liberali discors, nā habet omnia que liberalitatis sūt, nisi q̄
 profusiori ac largiori quodā modo tribuit: ita ut cū dubij aliquid in sit, facile sit in terque
 tantū prodigū liberale esse & dici. quare reges (inquit Arist.) quos in exegendis opi
 bus mediū excedant, potius eos interpretamur esse liberales q̄ prodigos. — ad eundē
 fere modū s̄māison ac p̄cautioni quodā ratione in ferendis sententijs dicendū est, ut cū
 facta que accidunt tā diversas habeant figuras ut nō conveniant ex toto legi, sed nisi quid p̄ia



dubij, Et sit opus a legali interpretatione, tunc ad equitatem erit declinandum, que proxime accedit ad legalem iusticiam & legis latorem mentem. atque hoc modo equitas accipienda est, huius in nostro, tunc praesertim in diffinitio illa, ius est ars boni & equi, de qua statim dicemus.

Ex quibus non verebor contra reprehendere du lib. 1. comen. c. 11. inquit, equitatem neque esse contra contra clementiam neque clementiam finitimam, nam clementiam inquit ad principem spectat vel ad eos iudices qui pari cum eo habent potestatem. — clementiam quidem non esse que dispensationem inducat, libenter admitto, sed non esse clementiam finitimam, id est, benignam quomodo legis interpretationem, nego semel atque iterum. quosdam n. J. C. & Imperatores ut etiam & Rom. Pontifices tam frequenter ea appellat lenitatem, benignitatem, humanitatem, molitiam, laxamentum legis? quo pacto ego non dicam eam finitimam esse clementiam imo expressam met clementiam, cum animadvertit quod in iure sepius dicitur mansuetudo, misericordia, facilitas, remissio, fauor: sicuti id superius ex multis iuris partibus designavi. quum vero dispensationem ea dixi appellari ab specul. nobili iuris auctore. — sed dices, at hec humana interpretatio non permittitur inferioribus iudicibus, sed principibus tantum ac legislatoribus. Ego vero cuius expresse edunt factis propositis, non repugno; sed cum dubij aliquid inest & interpretandi opus est (quo casu locum habet equitas & frequentissime accidit) non solum dico in superioribus iudicibus ad extremum equitati declinare esse permissum, sed esse etiam in precepto. quod qui neget, aut non animadvertit, aut etiam non vidit Rom. Pont. in nostro te dicente: in his super quibus ius non invenitur expresse, procedas equitate servata, semper in humanioris partem declinando. Unde obsecro descendunt voces illae in nostro iure frequentissime, benignitas, leges interpretandae sunt, quod minimum est sequi debemus, bene molliendae sunt, equitas de iure multum remittit, benignius interpretari solemus & alie eiusmodi innumerae? Quare abeat contra. & quoniam alij saluberrimum equitatis usum molliendi & temperandi leges auferre volunt. neque haec etiam equitatis acceptionem praetermissis Arist. loco citato, dum ea dicit esse lesbiam regulam, que quidem regula plumbea erat, nam cum eius Intals lapides pro sua intradabili duricie non possent ita quadrari ut adaptarentur ad regulam, vice versa regula flectebatur ut lapidum obliquitati adaptarentur.

Deinde hac equitatis significatione inspecta non erit difficile notare errorem Ioachimi Perizonij, & feliciani interpretum Aristot. quibus assentitur Budaeus noster in pro suo anno. nec multum discrepat Eustathius optimus etiam Arist. enarrator: qui oes nisi vehementer fallor non verunt, sed inuertit potius Arist. sensum, dum quod ipse dicit το δίκαιοσ. & alibi το ίσοσ, idem existimant esse quod alij locis appellat το δίκαιοσ. & quomodo pro his omnibus uerbis, equitate latine reddunt: cum tamen, το δίκαιοσ. dicat, quasi diuissum, & per omnia utriusque ligaturum par. significat quod, ius quodam omnino par & aequale

+ v. Coua. h. var. c. 9. Cast. de p. pena. c. 11.



atq; ea quide[m] equitate quae mediū est in iusticia commutativa & distributiva, atq; idē
 importat vox illa τοῖσιν. a qua significatio longe distat equitatis verbum, ut ex
 his quae diximus satis constat. —

Atq; haec de equitate dixisse sufficiat pro temporis occasione, quo tunc reserum[us] mēte. Celsi
 J. C. in ea definitione ius est ars boni & equi: in qua definitio laet ac fuse explicamus
 quid verbum equi significet. sed non minor est obscuritas in v[er]bo boni / boni namq; in
 vestigatis (ut auctor est ^{Plat.} dialo. de Repu.) difficilissima est. atq; hoc certe verbum
 totius difficultatis huius definitionis, causa fuit origo. audivisti in p[ar]te huius disputatis
 mihi plures huius vocis doctor[um] interpretationes, quas tamē pro viribus confutavi. accipite
 obsecro breviter mea de hac re, (sub v[est]ra censura grauior[um] patris,) iudiciū, quonia[m] nō dubit[ur]
 quim si hoc verbum recte explicemus facile definitionis nostri iuris difficultatem superemus.
 Consideravi attentius mente J. C. Celsi, evolvī diligenter aliquos philosophor[um] codices a quib[us]
 haec investigatio petenda est, & in quib[us] nō mediocri aliquando cura operaq; consumpsimus;
 deprehendi tandem J. C. hoc loco velle nihil aliud boni verbo significare, q̄ illud quod ego
 nō multo antea ostendebam, legi scilicet rectitudinē & perfectionē, ac mediū illud quod inter
 duo extrema rigore & equitatem consistit, quod philosophi ac Theologos dixi appellare
 legale iusticia. hanc Celsus hoc loco appellat bonū. — animadvertit assertione hanc
 mea vobis pulchra videri, desiderare tamē eius probationē. probabo evidenter. —

Primo quide[m] nō erit difficile mea interpretationē ei[us] persuadere qui legimus apud philoso
 phos omnes, bonū consistere ex integra causa, ita ut sit perfectio quaedam quae nil vitij habeat
 admixtū. erit q̄ bonū in lege rectitudo illa & mediū quod in nulla p[ar]te deflectit, neq; ad ex
 tremā rigoris aut equitatis quae mediū perfectionē non retinet, quale debet esse perfectissi
 mū id quod boni nomē induit: si quide[m] est bonū verū omnium causa & principiu[m] ac summu[m]
 omnia, ut docet divinus Plato. 6. dial. de repub. & versus in Parmenide, atq; iterū in
 Sophista: & docet etiā fidus eius interpres Marti. firm[us] c. 3. in Timaeo. — quin vero
 bonū esse rectitudinē, idē Plat. docet 7. dialo. de repub. dū ait, rectū & bonū idē esse.
 & in superius dialo. dū investigat boni idē, ait esse causā scientiae & veritatis quae per
 in seclū p[er]cipitur: at veritas & scientia omnia recta & inflexibilia desiderant. Invenio
 idē Plat. in eo dialo. qui Philobus seu de summo bono miscetur, induci socrate[m] interro
 gante Protarchū, utrum boni conditio & natura perfectū quid sit, an imperfectū. respo
 det Protarchus. omnium o[mn]iū socrate[m] perfectissimū. postea dū eius naturā diligentius
 investigat, ait tunc consistere in his tribus, καλὰ καὶ οὐμυστηρία καὶ ἀληθεία.
 id est in pulchritudine, & mēsuratid[em] seu proportione & veritate. —


Videamus utrum haec boni natura co[m]paret legali iusticiae, ut appareat Celsi in sua definitione boni
 verbo, ea quasi digito voluisse demonstrare ac nihil aliud. primo quide[m] haec legalis iusticia



quod amplius explanationis gratia sepe rectitudinem a medio legis appelles, perfecti-
ssima quidem est, siquidem perfectio in medio consistit, non autem in aliquo ex extremis.
demum est pulcherrima, quoniam sicut ex Arist. 5. docuimus, neque suspensus aut lucifer
maior sui excitant admirationem. - 3. consistit in proportione quadam seu dimensio-
natis, nam nihil propositis speciebus & factis magis ad equatur, quam legalis iustitia, nam extremum
sive rigoris sive equitatis deflectit a medio, atque adeo a vera proportione. Vltimo in veritate con-
sistit haec legis rectitudo, nam veritas auctore D. Tho. 22. q. 58. art. 4. est rectitudo rationis volun-
tati impresso. ad igitur boni naturam diligenter a Platone atque alijs philosophis investigata,
omnino conveniat huic legali iustitiae, de qua dicimus, consequens necesse fit boni verbo, nihil
aliud quam eam voluisse Celsus in sua definitione significare.

Quibus sic explicatis postquam singulas partes definitionis seorsum interpretati sumus, nihil aliud
est reliquum quam totam mentem I. C. simul aperire, quod ex his que diximus erit facilimum
mens igitur eius haec est, quod ius, id est iuris scientia (nam hanc definit hoc loco.) est ars, id est
recta rationis proceptio, vel exercitium quoddam, boni & equi, id est, quod exercitium consistit
in conciliando ac temperando bonum cum equo, quasi dicat, legale iustitiam cum benignitate,
rectitudinem legis cum misericordia, medium legis cum extremo equitatis. neque enim in hac nostri
iuris scientia quisquam aliquid aliud reperiet quam duo ista, bonum scilicet & equum. ius ergo
noster est ars quaedam que in his tantum duobus temperando & permiscendo atque in eorum usu
versat. quod ex his que diximus necessarius infertur, etiam obscure docet Thom. 2. in 2.
1. dicit, quod si ius invenitur expressum, id sequi debemus, id est si casus qui in re accidit,
convenit aperte cum lege scripta, per medium legis & per eius rectitudinem & (ut verbo nostrae
definitionis utar) per bonum legis erit decidendum. si vero non aperte respondeat legi, sed
inest aliquid dubij, procedas (inquit Thom. 2.) equitate servata semper in humaniori partem
declinando. - haec enim est ars boni & equi que solum in medio legis & in altero extremo
equitatis scilicet positae est. nam in iure asserto nullus esse rigor. siquidem non durius
statutum videtur, id quidem perpendis negotij circumstantijs legale iustitiam aut legis rectitu-
dinem non excedit. atque haec est vera (mihi fallor) huius enigmatum solutio, que praeter me
nullum alium habet auctorem. sed ego sic sentio neque si mihi juranda calumnia esset eam
defendere recusarem.

Atque huius interpretationis veritas praeter ea que late diximus ostendi etiam potest ex eo quod Celsus
I. C. ius in presentibus definit per materiam subiectam circa quam versatur & in ordine ad operatio-
nem, nam non dicit, est scientia, aut cognitio boni & equi, sed ordinando ius ad actionem & exercitio-
nem, dicit, est ars. ars enim habet operativum est & exercitio in cludit, ut auctor est D. Tho.




12. § 57. ar. 3. & 4. & Aris. lib. 1. ethi. c. 1. & lib. 6. c. 4. & in eisdem locis docet eius in
 temperis Iustria. docet etiam Galenus lib. 9. Therap. quasi velle, Celsus definiendo
 simul admodum iudicium eius usum & exercitacionem consistere in iudicando per equum & bonum,
 id est per legis rectitudinem & per equitatem cui fuerit opus ab ea rectitudine deflectere.
 potest etiam huc nostra interpretatio & probari ex multis alijs nostri iuris locis obscuris
 quidem quibus ipsa vicissim luce affect. nam quod obsecro aliud quam hanc boni & equi artem
 id est legis iustitiam & equitatis confunditur voluerunt designare Impp. in l. placuit. c. de iud.
 dicit dicit, placuit in omnibus rebus precipue esse iustitiam & equitatis rationem? & Justin.
 in aut. de iud. eligon. secum. rub. equitatis (inquit) & iustitiam sumus amatores. & in aut.
 & equali. est. & de cetero iustitia (inquit) & equitate honoramus. & in nouell. de reuoca.
 tribut. prestantissima (ait) inter homines bona sunt iustitia & bonitas, & in multis alijs
 iuris partibus hoc ipsi liquido constat in quibus iustitia cum equitate, id est bonum equum, copulatur,
 quasi preterea ista nihil aliud sit in iure. quoniam vero & hoc ipsum apud sacras literas
 animaduertere licet sicuti habet psalm. c. 21. qui sequitur iustitiam & misericordiam, inue
 nit vitam. & psalm. 96. iudicabit orbem terrarum in equitate & propulset in iustitia. & psalm.
 100. misericordiam & iudicium dabo tibi. Salomon etiam dicit, misericordia & veritas custodiunt regem,
 ubi veritas pro iustitia accipitur sicuti & in illo psalm. 34. misericordia & veritas obuiauerunt
 sibi, & conuenit quod statim sequitur, iustitia & pax osculatae sunt. - atque huc de definitione
 nostri iuris quae non immerito vltima & eleganter appellauit, dicitur sit satis. -

Quam grata longum postremo defesso quies, tam mihi post longas disputacionis ambages
 dulce futurum esset silentium, nisi nunc denique multa emergerent, quae & vobis non erit in iudicio
 aut molestum audire, & mihi tunc esset praeseruire.

Ex hac igitur quae exposuimus equitatis natura (ut ad ipsam redderem) cuius gratia hanc institui mus
 disputacionem, aliqua hoc opportuno loco licebit colligere.

Ac primo quidem inferitur, equitatem (cui scripta non est) tota esse iudicantis officio committam,
 atque adeo multa iudicium committi & in eorum potestate constituta esse, quod rectissime docuit
 Diuinus Philosophus Plato dialogo. 9. de legibus. ubi ait, nihil iudicium committere, sed
 magna paruaque omnia lege determinare, prope impossibile est. & paulo post. quaedam
 iudicia committere legistae debet: quaedam non debet, sed lege determinare. subdit deinde idem
 Plat. - ubi iudicia recte pro viribus constituta sunt, iudicesque bene educati & omni diligentia
 approbati, rectissime multa iudicium committi possunt, nam quoniam eos quibus leges describimus
 non magis iudices futuros speramus, multa eis committenda, censeamus. hactenus diuini illi



atq; hinc ipse docuit pariter eloquentie Cicero in oratione pro Marco Fonteio, dicit
inquit, in sapientia & consilio iudicis esse constituta iudicandi equitate: nam si semper se-
cundum testes, rationes alia uel instrumenta producta esset iudicandum sine dubitatione,
non opus esset sapiente & probato iudice, nec esset cur alius alio iudice melior existimaretur.
atq; hinc eadem doctrina frequens est apud Iure Consultos, nam Ulpianus non semel totum negotium
ad propriam iudicis conscientiam reuocauit in l. 2. §. fin. ff. de fer. §. in l. si irruptione. §.
fin. ff. fin. regum. atq; eodem etiam tenore Iulianus in l. non possunt ff. de legib. ibi, uel
interpretatione, uel certe iurisdictione supplebitur is qui iurisdictione caret ad similia proce-
dere debet. & Ulpianus in l. non uerit ff. eod. ibi, uel interpretatione, uel certe iurisdictione
supplebitur. & Pau. in l. quod uero eod. tit. ibi, producere ad consequentiam. Venuleius
etiam in l. cotinus. §. curia de uerb. ibi, & magis est ut tota causa ad iudicem uel ad uirum
bonum remittatur.

quod cum in omnibus rebus locum habeat, praesertim tamen in probationibus discutiendis & testibus exami-
nandis, in quibus totum negotium pendet ueritatem, est doctrina Calistati I. C. in l. 3. §. 1. ff.
de testib. ibi, tu magis scire poteris quanta fides sit testibus adhibenda. §. in §. idem dicit eiusdem
l. ibi, nam ipsos interrogare soles. §. in §. fin. ibi, diligentius iudicantis est explorare. docet
etiam Dom. Ion. in c. proterea de testib. v. etenim. Et enim (inquit) circumspectus iudex
atq; discretus motu animi sui ex argumentis & testimonijs quae rei aptiora esse adporent, &
firmabit. idem docet in c. in presentia de uend. §. 4. q. 3. c. si testes. Arcadius etiam I. C.
in l. de carnis ff. de testib. —

§. in primis similiter atq; etiam circa infamiam plurimum operatur iudicis arbitrium & potestas,
ut docet bald. in l. cum allegas. C. de uerur. §. in l. fin. C. de iudic. Diui Adu. §. in l. 1. C.
si aduers. delict. bar. in l. si qua de uerb. signi. late tirag. de p. n. temper. fere q. totid.
quum uero omnes fatentur posse iudicem moueri ad dicendam sententiam ex causis a partibus non alle-
gatis, si ipse forte aliunde ad id colligat praesumptionem. ex hoc in l. si adulterum cum incestu
§. ijdem Imperatores ff. de adult. sibi docet bar. §. ex hoc in l. 1. C. qui & aduers. quos.
§. in l. 1. C. ut quis debeat aduers. iudex supplicat. §. ex hoc in c. Raynuthi. §. fin. de testam.
tradit Abb. in c. bone de p. n. q. 1. — Et tandem illud generale est, quod si casus non
est in iure decisis, lex illum arbitrio iudicantis relinquit ex hoc in l. 1. in fin. ff. de iur. delib.
§. in c. de causis de off. delega. & probatur aperte in u. de. ac late docet Decius in c. sedes de
testam.



rescrip. Rochus de Curte de consuetud. fol. 11. Latius supol. in l. questionis modu § in l.
 de minore ff. de questis. § in l. in lege ff. ad l. Corn. de sicor. - atq; hinc descendunt voces
 illi in iure usitatissimi, / arbitrio boni iuri / diligenti inquisitione / ex sententia animi /
 iudicis est explorare. / diligenter inquirere / iudicatum oportet cum la rimirari / officium iudicis lati
 § in l. est. & alii eiusmodi innumerare.

2^o in foro nō solū falsa sed & perniciosa esse Dicitur. (nisi ego vehemēter fallor.) sententia
 cona. dū lib. 1. cōm. c. 11. equitatis usū negat inferioribus iudicibus, quatenus equitas benigna
 legis interpretatione & decursu ad humanitatem significat. nunquam enim eius sententia in hac
 parte mihi persuaderi potuit, & omnino arbitror a vero esse alienā, ut potest que præstati
 § in l. usū equitatis e medio auferat. & aperte edimatur ex his que s̄ disputauimus
 § in l. ubi Dom. Bon. inferioris ordinis iudices allegantur, & eos instruit, ut scilicet
 ad ius nō inuenitur expressū (quo casu maxime equitas sibi vendicat locū.) procedant equi
 tate seruata semper in humanitate partem declinando. & l. c. in l. in omnibus ff. de regu.
 iur. in omnibus rebus (aut) maxime tamē in iure equitas spectanda est. & Imperatores
 in l. placuit. C. de iudi. placuit (inquit) in omnibus rebus præcipue esse equitatis ra
 tionem, quibus locis & alijs s̄. rellatis ostendimus, equitatis verba p̄ legis temperamēto
 & benigna interpretatione accipi: & plusquā manifestū est leges prædictas regulā ac
 ordinē iudicandi constituisse omnium ordinū iudicibus etiā inferioribus.

Quæ ad ita sunt, tamē extat insignis difficultas que hanc uerā atq; uerā doctrinā edurbat,
 & quā superius hac loco superare solliciti sumus. ea uero est ex rescripto Imper. in l. i.
 C. delegis. cuius uerba sunt. inter equitatem iusq; interposita interpretatione, nobis
 solis & oportet, & licet inspicere. ubi Imperator equitatis usū & benignā interpretationē
 nō uidetur uelle iudicibus & adire, sed sibi soli reseruare: cuius sicut est leges condere,
 ita & easdē interpretari est in l. fin. cū similib. C. de l. § in l. 4. ff. 33. p. 7.
 § in l. 12. ff. 1. p. 1. § in l. 4. ff. 4. lib. 1. ordina. quod aperte pugnat cū his
 que a nobis late sūt disputata & probata, & præcipue cū in l. placuit C. de iudi.
 que difficultas misere afflixit ac toruit doctorū nostri iuris ingenia, qui dū multis solutio
 nibus ei succurrere contendunt, in varias atq; eas falsas scinduntur opiniones, quas nō est
 consiliū in presenti recensere aut nouis rationibus labefactare, quoniam ex his que a nobis didicistis



abunde conuincuntur. aliter. n. ca. iura conuincunt gloss. in d. l. 1. qua. imbi sequitur fulg.
& cuius optimis communis est ex. uellati a D. Peres in questio. profemia. o. o. m. q. 2.
aliter componit glo. in d. l. placuit recepta per bar. & omnes ibide. & per Alex.
Jass. Corne. Jacobi. & socin. in l. sibi ff. si cert. petat. & late probant decia. & lago.
in l. in omnibus ff. de regu. iur. & silua rupta. lib. 5. n. 63. & ferand. lib. 2. declar.
c. 2. in fm. — alio etia. ac diuerso modo interpretatur Maius Salomonis in d. l. 1.
n. 21. & cona. lib. 1. com. c. 11. n. 7. atq. alij alijs modis.

Sed si diligentius & attentius consideres que supra docuimus, & mentis Imperatoris in d. l. 1.:
no. erit difficile aut laboriosu. hanc discordia. exponere. — aliud enim est, cu. de ta. lege
generalis ac de eius mente & comprehensione ita dubitatur, ut eius interpretatio per noua.
& generalem etia. lege. & sanctione. desideretur: quod cu. suprema. iuris constituendi potes.
tate. & auctoritate. summa. exigit, iure optimo id sibi Imperator. reseruauit in d. l. 1. C.
de legib. qui eius uolus est sensus. — aliud uero ac longe diuersu. est, cu. in iudicijs exercendis
occurrunt casus & species quib. no. respondet lex aliqua expressa (quod saepe accidit)
tunc temporis iudex, cu. no. uideat ius expressu. neq. aperte conspiciat uelitudinē ac
mediu. legis per quod oportebat semper pposita. speciem de finis: no. habet opus Impera.
torem adire, na. sic, tam frequenter aduendus esset quam sunt lites frequentes; siquide.
casus omnes qui occurrunt (etia. in eadē materia) ex diuersis circumstantijs & causis ta.
sunt dissimiles, ut lex per qua. sunt diiudicandi ac dirimendi, aperte & omni ex parte
fere. nul. qua. eis conueniat. tunc igit. iudex expressu. Rom. Pont. in hoc c. fm. de
transact. cu. no. uideat legale. iusticia. expressa, procedat semper equitate seruata semper
in humaniorem partem declinando, quonia. ut inquit Imper. in d. l. placuit, placuit
in omnib. rebus psequi esse equitatis & iusticia. qua. studi. iuris ratione. is etenim
iudex proximior ad mentem legis & eius uelitudinē accedet, qui ad extremu. equitatis
& humanitatis deflexerit, qua. qui extremu. rigoris elegerit. atq. hoc modo procul
dubio accipiendus est. in d. l. placuit C. de iudi. que. hanc iuris. conuincit
& interpretatis aperte deprehenditur ex his que. late ac fuisse de equitate ac de eius
natura. docuimus & ex Caiet. 2. 2. q. 120. ar. 1. atq. huc etia. aliquo modo tendit
O. d. d. de iure & equit. ar. 3. qua. qua. discipul. aliquantulu. in eo q.
admitti uerbu. / scijs / in d. l. placuit, quod tamen alienu. esse a uera. equitatis
natura. ia. multis rationibus ostensum est.

Τὸ τέλος.
μόνο τῷ θεῷ ἢ τῆς καὶ ἡ δόξα.



¶ In hoc scripto... [illegible]

f. [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible]



Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.


Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.

Handwritten text in a cursive script, possibly a list or account, with some lines crossed out.



160 27

